



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Angelii Bargaei Commentarius de Obelisco

Angèli, Pietro

Romae, 1586

Alivd.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13181

A L I V D.

MAgnum de Phario certamen acumine natum est
 Egregios inter, munificosq; viros
 Hoc Cæsar statuit saxum mirabile Circo,
 Hoc Sixtus posuit nobile pectus Crucis
 Eripuit Soli, ut donaret Regibus ille,
 Hic daret ut Christo, Regibus eripuit
 Ambo aliena nouis dant possessoribus; ambo
 Hac adimunt, tradunt munera iure suo.
 In iusto siquidem Domino detraxit uterque:
 Ex dono meritum traxit uterque decus;
 Sed tamen hoc melior tua causa est Sixtus quod ille
 Cæsaribus dederat, reddis at ipse Deo.

A L I V D.

NIlle pater iam parce queri Mareotica saxa
 Regum opera, & Soli sacra tulisse Tybrim
 Instaurat veteres Sixtus Pater Urbis honores,
 Et quæ Solis erant munera, Solis erunt.
 Justitia & Soli dona hac æterna sacrantur:
 Quæ fuerant astri, sunt monumenta Dei.

ALIVD

